

dummodo apud illos ad quos pertinet et via iuris fiat et agatur.

Et praeterea, cum illustrissimus Dux reipublicae florentinae nepos sit Sanctitatis Suae et civitas illa sua est patria et preterea unum et idem cum Sanctitate sua censeri et reputari debeant, ideo Sanctissimus Dominus noster contrahit, nomine eorumdem, et tractat Sanctitas sua omnibus confederatis, hoc expresse consentientibus, quod ipsi sint comprehensi in hoc foedere, et quod omnibus et per omnia gaudeant et fruantur beneficio huius foederis. Et repromittit etiam Sua Sanctitas predictis confederatis quod ipse Dux et status Florentiae hoc foedus observabunt.

Conventum est etiam inter confederatos predictos propter devotionem quam habent ad sanctam fidem cristianam et ad sedem apostolicam, assistere omnibus favoribus aut viribus, etiam armis si opus fuerit, contra quosecumque etiam de confederatis qui deficerent a sancta fide cristiana in Italia, vel hereticis erroribus implicarentur, aut aliter auctoritatem et dignitatem sedis apostolicae perturbarent vel impugnarent.

Item, quod illustrissimus Dux Sabaudae possit intrare hoc foedus et in eo censeatur pro comprehensione cum omni favore illius pro se suisque terris, dominiis et subditis, quibuscumque quos habet citra alpes et in Italia, cum tamen ipse Dux pro parte Sanctissimi Domini nostri et Caesareae Maiestatis requisitus ei declaraverit, seu alteri eorum per litteras autenticas sub signo et sigillo suis solitis expeditas, velle includi et comprehendendi reprobmittatque per easdem se non asensurum auxilium vel favorem prestaturum directe vel indirecete per se vel subditos suos, seu armis, tormentis bellicis munitionibus, aut aliis quibuscumque ad usum belli attinentibus his qui in Italianam predictam armis ingredi tentarent, neque illos receptabit hospitium permettit aut comeatum consentiet, sed pro posse cuicunque eandem hostiliter impetenti et bellum moventi obstabit, transitum impediet seu opponet et adversabitur.

Haec autem omnia et singula supradicta conclusa et conventa prefati Sanctissimus Dominus noster Clemens Pontifex Maximus et Serenissimus Carolus imperator, nominibus quibus supra, et illustrissimus Dux Mediolani suo proprio nomine humiliiter prefati omnes sindici et procuratores illorum Ducum Ferrariae et Mantuae nec non res publica Senensis et Lucensis promiserunt pro se

et nomine suorum principalium firmiter et inviolabiliter observaturos, nec in aliquo contraventuros dolo et fraude prorsus semotis sub ypotecha et oblatione omnium bonorum praesentium et futurorum ipsorum contrahentium et eorum omnium in hoc foedere comprehensorum. Qui quidem contrahentes et quilibet eorum in fidem praemissorum mandaverunt nobis Thomae Sanctitatis Suae Datario et Antonio Perenim secretario sue Caesareae Maiestatis notarii pubblicis et cuilibet nostrum in solidum ut, de eosdem prenarratis et tractatis in hac forma, unum vel plura conficeremus pubblicum seu pubblica instrumentum vel instrumenta.

Acta fuerunt haec Bononiae, in palatio Sanctissimi Domini nostri, die 27 mensis februarii, anno a Nativitate Domini 1533, praesentibus nobilibus et magnificis dominis Iacobo de Salviatis ac Francisco de Guizardinis florentinis ac Nicolao Pereneto, domini de Granvelis et Francisco de Cosbovos commendatore maiore militiae Saneti Iacobi de Spalani regno legionis consiliaris dictae Cesareae Maiestatis testibus habbitis et rogatis. Et ego Antonius Ferenius Caesareae Maiestatis secretarius et publicus Apostolica ac Caesarea imperiali auctoritatibus notarius, de praeditis, simul cum infrascripto Reverendo domino Datario, in solidum rogatus propria manu me subscripsi, in fidem praemissorum et signum meum appositum consuetum.

Subscripti:

THOMAS datarius — PERENIM etc.

Summario de la relatione di sier Zuan Antonio Venier, stato orator in Franza, fatta in Pregadi, à dì 11 Marzo 1533.

Primo disse, come hessendo stato orator mexi 18 al Christianissimo re Francesco, primo di tal nome, secondo l' instituto antico e ordinato da questa repubblica riferirà alcune cose degne de scientia. Questo re è di la casa di Valois nato del duca di Angulem et quando el successe havia 8 che li precedeva alla corona di Franza avanti de lui, i qual tutti morite, et lui successe alla corona. Et disse la Galia transalpina in la qual è il regno di Franza se divide in quattro parte belgica et celtica, Aquitania et Narbocese, et trovasi difendendo da li monti confinar ab oriente da le alpe et dal fiume Rheno che la divide dalla Germania, al mezzodi

(1) La carta 222* è bianca.